Williboldus camerarius noster et sancti Petri prepositus, Cûno capellanus noster, Reginbodo prepositus de Ordorf, Wideradus archipresbiter de Diffeshart. De liberis. Lvdewicus regionarius comes advocatus eiusdem ęcclesię, Willihelmus palatinus comes de Orlahemunde, Godeboltus comes de Henneberg, Siezo comes de Swarzburg, Ernostus comes de Dunnaha, Lvdewicus de Leingesfelt, Erph de Nithardeshusun. De ministerialibus Fuldensibus. Bobbo de Lapide et frater eius Hardungus de Scharphenberg, Reginhardus de Salzungun. De Herisfeldensibus. Widelo de Hantschuheslebe, Widelo de Griezheim, Eggehardus prefectis urbis, Folberdus de Cello, Lûidegerus de Dorendorf, Erkenberhtus[b]) de Lengesfelt, Folenandus et fratres eius de Grûnbah, Wimarus villicus de Breidinge et omnes concives eiusdem villę et alii innumeri liberi et ministeriales et litones. — —

Acta sunt hęc anno dominicę incarnationis MCXXXVII, indictione XV., regnante domno Lothario III. Romanorum imperatore augusto, anno regni eius XIII, imperii V, anno vero nostri regiminis decimo.

(SJD.)

124.

Uebersicht der Schenkungen, welche der Mainzer Domkirche zur Zeit des Erzbischofs Adelbert I. von Mainz gemacht wurden. **[1111 Aug. 15 — 1137 Juni 23.]**

Hdschr.: Kop. Magd. Thur. 1917 No. 4 Staatsarchiv Magdeburg (A). Unvollständig Reichsarchiv München (B). Gedr.: Guden, Cod. dipl. 1,395. Böhmer - Will, Mainzer Regesten XXV, 301.

Hec sunt allodia, que dominus Adelbertus venerabilis Moguntinus archiepiscopus deo et sancto Martino in Maguntia contulit. In Turingia predium domini Dammonis[a]) de Eidersburch et ministeriales eiusdem cum universa familia humiliori. Predium[b]) domini Wicmanni[c]) in Appolde et ministeriales et omne, quod in Turingia habuit, et prepositurам in Eidersborc[d]) et prepositurам in Hagen. Predium marchionis Hermanni in Geimungum[e]) cum ministerialibus et cetera familia. In Wigharderode et in Ichstetin et circumsitis quibusdam villis XXIIII mansos, quos comes Erwicus et domina Heilinburch[f]) archiepiscopo dederunt. Castrum Horburch[g]) cum omnibus prediis suis et ministerialibus et familia, quod domina Rigardis et filius suus Rudolphus[h]) archiepiscopo dederunt. Predium in Vdenhusin cum ecclesia et molendino et omni utilitate, quod comes Berengerus dedit. Predium in Englide et Gruze, quod dominus Halwicus et uxor sua dederunt. Castrum Meldingun, quod dominus Gerwicus[i]) et uxor sua cum omnibus prediis, que in Turingia habuerunt, et cum ministeriali suo Diderico dederunt. Octo etiam mansos, quos in Meldingen marchio Heinricus dedit. Quicquid dominus Gunzelinus predii in Turingia habuit, cum familia sancto Martino et archiepiscopo dedit. Quatuordecim mansos in Bakstetin[k]) cum familia, quos Adelbero[l]) dedit. Castra Gliche et Muleburch cum universo monte, qui dicitur Reberc[m]) et Breidenride, quod dedit palatinus Wilhelmus et mater eius annuente

123. *b)* erkenbhtus.

124. *a)* Damonis *B.* *b)* praedum *B.* *c)* Wittmanni *B.* *d)* Eudersburch *A.* *e)* Gennungum *A.* *f)* Helmburch *A.* *g)* Horburc *B.* *h)* Rudolfus *B.* *i)* Gerwinus *B.* *k)* Backestetin *B.* *l)* cum quibus adebero *B.* *m)* rebere *A.*